



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XVI. Valentina Majoratus. De eadem materia concursus inter lineam & gradum, seu inter gradu æquales contendentes de prærogativa lineæ in successione majoratus vel primogenituræ, Et an ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

minæ agnatæ veniant sub nomine agnationis, ac luc-
 14 cedant in fideicommissis agnatiis, ut in d. disc. 40. &
 in aliis hoc in frequenter, attamen intelligitur in sub-
 fidium, & post defectos masculos agnatos, quorum
 jure hic masculus censendus videbatur, quamvis ef-
 fet cognatus, dum ex præcepto testatoris erat effi-
 ciendus agnatus, ut advertitur in d. discurs. 34. Quod
 15 que ita intret contemplatio agnationis, ubi ea de-
 mandata est per veritatem, ac per artem seu fictio-
 nem plenè firmatur in Bonon. fideicommiss. de Barberis
 coram Corrado decis. 95 par. 11. rec. & habetur intra in
 eadem causa disc. 29. & alibi frequenter.
 In proposito autem prærogativæ lineæ, ut præ-
 valere debeat prærogativæ gradus, in his casibus in
 quibus intrat representatio, ita respondi pro veri-
 16 tate in una Urbani. pro Antimo de Gasparinis cum
 Clarice etiam de Gasparinis, Cum enim Clarix fe-
 minor instituitur hæredibus Catharina pronepte, & O-
 ctavio ejus viro, ordinasset fideicommissi in particu-
 lare cum ordine primogenituræ in quodam præ-
 dio ad favorem eorum filiorum & descendentium,
 prius masculorum deinde feminarum, diètique
 conjug. hæredes instituit duas tantum filias femi-
 nas suscepissent, Barbaram scilicet primogenitam, &
 Claricem secundogenitam, Barbara verò utrique
 parenti prædecessisset, superstitibus dicto Antimo,
 & altera filia femina, facto casu substitutionis per
 obitum Claricem parentis, orta est controversia inter
 dictam Claricem filiam primi gradus, ac præfatum
 Antimum nepotem gradu remotiorem, Atque de-
 super consultus pro veritate, respondi, clarum ac
 indubitatum videri, bonum jus Antimi, non solum
 ex prærogativa lineæ, sed etiam ex illa sexus, dum re-
 statrix expressè masculis prælationem dedit, juxta
 17 ea quæ de masculo excludente matrem & amitam
 habentur supra in Romana fideicommissi de Visinis seu
 Blanchinis disc. 11. ubi difficultas est, quando femina
 est jam admilla, aut agatur de ea repellenda & pri-
 vanda successione jam quaesita, ubi verò res est inte-
 gra, & in fieri, tunc nulla cadit dubitatio; Sed etiam
 ex prærogativa lineæ, dum dictus Antimis erat filius

Barbaræ primogenitæ, atque rectè intrabat repræ-
 sentatio in concursu matertera. & sic intra fratrum
 18 filios, concurrente siquidem hoc beneficio, absolu-
 tum videtur in primogenituris vel aliis ordine pri-
 mogenituræ regulandis prærogativam lineæ vince-
 re illam ætatis, unde propterea casus pro meo judi-
 cio habere videbatur de indubitabili.

**V A L E N T I N A
 M A I O R A T V S**

PRO
 COMITE DEL REAL
 CVM
 COMITE DE SELLENT,
 ET CVM
 MARCHIONE DE TARASENA.


Responsum pro veritate.

De eadem materia concursus inter lineam &
 gradum, seu inter gradu æquales conten-
 dentes de prærogativa lineæ in successione
 n ajoratus vel primogenituræ, Et an præ-
 rogativa lineæ vincat ætatem.

S U M M A R I U M.

- 1 Fidei series.
- 2 De exclusionis sexus feminini.
- 3 De regula ut bona in lineam ingressa ab ea non exeant nisi evacuetur, declaratur.
- 4 De natura majoratum Hispania. & de differentia inter eos & majoratus Italia remissive.
- 5 In primogenituris lineæ vincit omnia, secundò gradus, tertio sexus quarto ætas.
- 6 Primogenitus transmittit jus primogenituræ in omnem ejus posteritatem.
- 7 De fundamento quod in causa reputatur solidius.
- 8 Tenor Majoratus post defitas lineas masculinas.
- 9 Motivum dubitandi circa existentiam & durationem majoratus, an scilicet sub nomine filiorum veniant nepotes & descendentes, sed diluitur.

PETRVS LADRON TESTATOR.



Cardin. de Luca De Fideicommiss.

D 3

DISC.

de LUCA
 De
 tamentis
 t cat
 CVI
 9

DISC. XVI.

Petrus Ladron duos habens filios, Ramonium primogenitum, & Petrum secundogenitum, tam in testamento condito de anno 1408. quam in donatione contemplatione matrimonii contracti per dictum Ramonium de anno 1412. Majoratum seu primogenituram instituit in Statu Cheluzæ, prius ad favorem lineæ masculinæ Ramonii, & deinde lineæ masculinæ Petri, utraque verò defecta, in masculis utriusque lineæ femininæ eorundem cum dicto ordine, prius scilicet Ramonii, & secundo Petri; Ex Ramonio autem fuerunt superstitibus Ruggerius primogenitus, qui in dicto majoratu successit, & Jacobus alius *Layne* secundogenitus, dictoque Ruggerio defuncto sine prole masculina, superstitibus tribus filiabus, successio delata fuit dicto Jacobo fratri, qui duos habuit filios masculos, Petrum scilicet primogenitum, & Jacobum secundogenitum, qui Petrus uxorem habuit Margaritam filiam primogenitam dicti Ruggerii primogeniti, atque ex hoc matrimonio superstitibus fuerunt duo filii masculi in hoc majoratu unus post alium succedentes mortui absque prole, Unde propterea majoratus transitum fecit in dictum Jacobum secundogenitum ac successivè in ejus filios & descendentes masculos quorum ultimo, Gaspare nuncupato decimo possessore, defecto sine filiis masculis, superstitibus duabus filiabus; Hinc proinde inter quinque diversas personas orta est lis, nempe dictas feminas, vel earum primogenitam ex una; Franciscum descendentem ex directa linea masculina dicti Petri senioris, filii secundogeniti fundatoris ex altera; Ximenes de Calataju Comitem del Real descendentem à Margarita, juniore nepte ex Joanne filio primogenito, patri prædefuncto dicti Petri junioris, ac primogeniti in linea dicti Jacobi, & qui Petrus uxorem habuit Margaritam seniore, filiam dicti Ruggerii ex altera; Bartholomæum Comitem de Sellent, descendentem à Joanna filia dicti Jacobi secundi ex altera; Ac Antonium Marchionem de Tarazena descendentem à Blanca, pronepte ejusdem Jacobi secundi ex altera, juxta præinsertam arborem.

In qua controversia obtinuit dictus Franciscus agnatus de linea masculina fundatoris, qui proinde Majoratum possedit usquequo vixit, ac fuit undecimus possessor; Eo autem nuper defuncto absque prole masculina, superstitibus unica filia femina; Hinc inter istam, ac prædictos duos Comites, dictumque Marchionem denuò quadrangulari lite excitata, de super ex parte Comitum del Real pro veritate meum iudicium experiri fuit.

Respondi dicto Comiti del Real clare successivam debitam videri, tanquam primogenito in linea feminina præfati Ramonii primogeniti, sive Ruggerii ejus filii primogeniti secundi successoris in primogenitura, eandem quoque primogenituram prærogativam habenti linea dicti Jacobi primi, qui fuit filius secundogenitus dicti Ramonii, ac tertius successor, ut in arbore.

Distinguendo siquidem dictas personas in simul contententes; Quatenus pertinet ad filiam femininam Francisci ultimi possessoris, illam considerando ex persona propria, cum præsupposito durationis Majoratus, omnino plana videbatur ejus exclusio, absque necessitate assumendi inspectionem super interpretatione testamenti, ac perpetua inhabilitate sexus feminini, stante re judicata de recenti sequuta ad favorem ejusdem Francisci patris dictæ femi-

næ, in exclusionem duarum filiarum Gaspari decimo ac penultimi possessoris, Ac etiam in exclusionem dictorum aliorum masculorum de linea feminina Ramonii primogeniti, Unde intrabat regula *quod quisque juris &c.* vel altera deducta ex *linguam fidei statu homin.* circa sententiam, & rem judicatam super statu; Ac etiam quia revera contextus testamenti litteraliter probat hujus majoratus qualitatem masculinam, cum inhabilitate sexus feminini, ita etiam docente pluries reiterata observantia exclusionis femininarum de linea prius admittæ, & primogenita, ob masculos alterius lineæ, ut ex eadem labore patet, quæ ita brevius facti seriem vel successus ordinem denotat.

Ideoque intrare non poterat regula *de linea fidei admittæ &c.* cujus vigore femina vineunt masculis alterius lineæ, quoniam dicta res judicata pro Francisco patre hujus feminæ in exclusionem duarum femininarum Gasparis ultimi possessoris de linea primogenita, clare convincebat, quod postea ditione majoratus, hic esset masculinus cum inhabilitate sexus feminini, ideoque cessante habilitate continuandi in eadem linea, potius faciendus est progressus ad testatorem seu ad ordinem ab eo præcipuum, juxta ea quæ habentur in *Bonon. de Potius præcedenti.*

Ex eadem autem ratione, mihi citra difficultatem videbatur, nullum jus competere Antonio Marchioni de Tarazena pronepoti Blanchæ filie Jacobi tertii, qui fuit avus dicti Gasparis penultimi possessoris, per cuius obitum majoratus transitum fecit dictam omnino diversam lineam Petri filii secundogeniti fundatoris in persona Francisci undecimi ac ultimi possessoris ut supra, quoniam licet ipse de linea, in qua majoratus notabili tempore fuerat tribus possessoribus, Attamen ea linea consummata fuit, atque bona jam fecerunt transitum in dictam aliam lineam; & consequenter intrare non potest dicta regula, quæ solum locum habet, quando agitur de continuatione, ac de impediendo, ne ab illa bonæ exeant, atque ad aliam transitum faciant; Ut verò id jam sequutum est, tunc talis linea quæ hunc effectum remanet extranea, & habetur pro evacuata.

Quare præsupposita, ut dictum est, durationis majoratus, ita ut ageretur de sola pertinentia, pro meo iudicio quæstio restringebatur inter Comitem del Real, & Comitem de Sellent, in quorum primo docti scribentes de partibus deducebant prærogativam lineæ, eo quod esset pronepotus Margaritæ neptis Petri secundi primogeniti ex Joanne primogenito patri prædefuncto, ideoque ex dicta prærogativa lineæ vincere deberet dictum alium Comitem de Sellent quavis descendentem à Joanne filia primi gradus Jacobi fratris secundogeniti dicti Petri; Et in hoc mihi videbatur, quod dicti scribentes bene dicerent, quoniam licet testator defunctus lineis masculinis vocet filium masculum filie feminæ majoris juxta verba inferius registrata, atque inter dictas feminas, absque dubio Joanna, à qua descendit dictus Comes de Sellent, esset major tamen dicta Margarita, à qua descendit dictus Comes del Real, Nihilominus ista difficultas caderet in simplicibus majoratibus Italia; in quibus plerique sententiæ verbum *majoris natu* capiendum esse in significato *ne propria & naturali* pro eo qui est natura iter primogenitus, seu ætate major, juxta ea quæ habentur super deducta *disc. 1. & in pluribus aliis immediatè sequentibus* Secus autem in primogenituris, vel in majoratibus

Hispaniæ, quos absolutum est iure primogenitura-
rum regulari, ex deductis pariter dicto disc. 1. &
sequen., ubi de hac differentia inter istos majora-
tus Hispaniæ, ac illos Italiæ.

Posito enim ordine primogenituræ, intrat de
plano recepta graduatio posita per Molinam de pri-
mogenitura lib. 3. cap. 4. num. 13. & sequen., & sæpius
præsertim sub tit. de feud. disc. 13., & latius in decis. Si-
cilia ibidem impressi, ut scilicet primò attendatur li-
nea, secundo in linea gradus, tertio in gradu sexus,
& quarto in sexu ætas, & sic quod prærogativa lineæ
vincat omnes alias non obstante gradu, quoniam in
primogenituris peculiare est, ut primogenitus trans-
mittat in omnem ejus posteritatem hanc præroga-
tivam in eo impressam, quamvis in solo jure habi-
tuali ex plene collectis per Vrsin. de feudis par. 2. quest.
4. art. 1. cum duobus sequen. Giurba de feudis §. 2. glos.
10. num. 28. & seqq. & glos. 2. num. 76. Amat. resol. 1.
Marcian. jun. disput. 1. cum sequen., apud quos ceteris,
& habetur latius actum dicto disc. 13. de feud., &
in dicta decis. M. C. Sicilia.

Multò magis ac extra difficultatem, quoniam
non solum agebatur de majoratu Hispaniæ regu-
lando jure primogenituræ, sive Regni, aut feudi
Dignitatis, ex legibus particularibus vel receptissimo
usu regionis, sed etiam quia fundator expressè pro-
fessus est erigere primogenituram cum istius ordine
regulandam, habendo pro synonymis istos termi-
nos, *majoratus & primogenitura*; Quo casu etiam si
essent in Italia, vel alibi extra Hispaniam, unde
procedendum esset cum solis terminis juris com-
munis, adhuc sine dubio idem dicendum veniret,
ut advertitur dicto disc. 1. & magis in specie disc. 2.

Verùm in hac facti specie mihi videbatur, quod
absque necessitate assumendum istam quaestionem,
bonum jus dicti Comitis del Real esset omninò
in tuto, ac extra controversiam in concursu dicti
alterius Comitis de Sellent, & multo magis in con-
7 cursu Marchionis de Tarasena alterius prætenforis
minus jus habentis, dum dictus Comes del Real
primogenituræ prærogativam, non solum deduce-
re poterat à dicta Margarita juniore ejus abavia,
sed clarius, ac ad evidentiam, ab altera Margarita
seniore filia primogenita Ruggerii, qui fuit filius
primogenitus dicti Ramonii primò vocati, qui
fuit secundus istius majoratus successores, & à qua
Margarita, utpotè nupta Petro Avo dictæ Mar-
garitæ junioris, idem Comes quoque descendit;
Et sic difficultas de plano cessabat ex facto, cum
indubitatum esset dictam Margaritam senioresem esse
longè natu majorem, quam esset dicta Joanna, à qua
originem trahit dictus Comes de Sellent, cum ma-
jori prærogativa etiã lineæ ut supra, unde in ea con-
currit utraq; qualitas lineæ & ætatis, quod scilicet
esset primogenita, ac etiam omnium natu major,
ideoque cessabat omnis occasio dubitandi.

Hinc mihi alicujus admirationis occasionem
præbuit videre, quod doctè quidem, ac elaboratè
scrinentes de partibus, ita cum tanto labore assu-
merent opus substinendi prærogativam lineæ su-
pra ætatem cum majori occasione dubitandi in so-
lo concursu, inter dictam Margaritam juniorem, &
Joannem senioresem, & non reflecterent ad præfa-
tam aliam Margaritam senioresem æquè ascenden-
tem, ex cujus persona dicti laboris, omnisque dubi-
tationis occasio cessabat, & consequenter videba-
tur, quod casus haberet de indubitabili, quodque
ad hæc pauca ista causa pro meo iudicio restringe-
retur, quamvis juxta illum stylium volumen desuper
confectum esset,

Ponderabam tamen aliquam dubitandi rationem
cadere posse circa dicti majoratus existentiam seu
durationem, quod scilicet ex parte filiarum dicti Fran-
cisci ultimi possessoris, ac ultimo defuncti prætendi
posset, quod in eo expirasset majoratus ob deficien-
tiam seu non existentiam personarum, quæ ad illum
vocata fuerunt; Cum enim defectis lineis masculi-
nis, vocatio concepta esset per hæc verba præcisa,
ex Hispanico idiomate in latinum traducta videli-
cet, *Mandat, quod succedat filius masculus filia majoris*
dicti Ramony, ejusque filii & descendentes. Et si iste sine
illis decederet, filius secundus dictæ prima filia, & sic de
uno in alium usque ad ultimum, Et si prima filia non
haberet filios masculos, vel haberet & decederent, vocat
filios aliarum filiarum dicti Ramonii, & cum eadem for-
ma eorum filios, Et quatenus non adessent filii masculi
dictarum filiarum dicti Ramonii vocat filios masculos fi-
liarum Petri Ladrón cum eadem forma.

Hinc proinde cum ista verba præferre videan-
tur personalitatem circa filias primi gradus dicto-
rum Ramonii, ac Petri filiorum fundatoris, adhi-
bendo verbum *descendentium*, tanquam discretivum
ab illo *filiorum*, ita videbatur, quod vocatio restri-
cta esset ad illos masculos, qui descenderent à filia-
bus scem. inis immediatis, ac primi gradus prædicto-
rum Ramonii & Petri, non autem conveniret iis
qui descendunt à filiabus, aliisque ulterioribus scem-
inis descendentibus ex filiis & descendentibus
masculis eorumdem juxta firmata in Bonon. *fideicom-*
missi 16. Januarii, & 14. Februarii 1662. coram Vero-
spio, de qua causa habetur infra in Bonon. fideicom-
missi de Sale disc. 71.; Et propterea cum ex præ-
dictis Ramonio & Petro filiis fundatoris nulla fue-
rit superstes filia scemina, hinc resultare videbatur,
quod defecta esset conditio, nullusque ex conten-
dentibus dici posset vocatus, & consequenter quod
majoratus terminaverit in dicto Francisco ultimo
defuncto, penes quem bona effecta sint libera, &
spectarent ad dictam filiam sceminam, non tanquam
filiam, & ex persona propria, sed tanquam hære-
dem patris.

His tamen non obstantibus, reflectendo ad so-
lam veritatem, istud motivum non videbatur habere
aliquam subsistentiam, Tum quia prædictæ deci-
siones neque in suo casu probabilitatem habere
videntur, ex iis, quæ habentur in dicta causa infra
disc. 71.; Tum etiam quoniam quaestio inter DD.
famigerata, de qua plene apud *Fusar. quest. 319. cum*
duobus sequen., & apud Merlin. dec. 206., aliis decis.
6. par. 5. rec., & infra pluries, An scilicet sub no-
mine filiorum, tam in condicionali, quam in dispo-
sitiva veniant ultiores descendentes, adinstar ferè
omniaum aliarum, est potius facti quam juris, cum
magna scribentium pugna sit, in constituendo
regulam quæ solam præsumptionem juris inducit,
absque dubio cessantem ex contrariis præsumptio-
nibus & conjecturis, etiam in casu quo adessent
verba personalitatem denotantia, ut in specie de
verbo personali, ipse, advertitur apud Merlin. di-
cta decis. 206. numero 34. cum seqq., ex verissimo
principio in hac materia semper ac perpetuè præ-
oculis habendo, ut non cortex & formula ver-
borum, sed substantia voluntatis attendi debeat,
ac habetur infra pluries super hoc articulo, An
& quando sub nomine filiorum veniant etiam ul-
teriores descendentes.

Attento autem toto contextu testamen-
ti, ad evidentiam ac penè litteraliter vi-
debatur constare de substantia voluntatis tes-
tatoris, ut hic majoratus esse quidem deberet
masculis

masculinus, ac in solis ejus descendentes masculis, sed de universa ejus linea & descendencia tam masculina quam feminina, cum solo ordine prælationis inter unam & alteram, ita ut donec utraque duraret, non daretur casus libertatis bonorum, illorumque transitus ad penitus extraneos; Neque urgebat motivum discretivæ, quod in hac materia satis efficax reparari solet, quoniam illa erat inter masculos, qui à feminis descenderent, sed non percuriebar ipsas feminas, & hæc mihi videbatur veritas, dum testator universam posteritatem usque ad ultimum honorem voluit, in solo tamen sexu masculino, sed non curato medio, an esset masculinum, vel femininum, nisi in solo ordine prælationis ut dispositionis tenor clarè ostendit.

- 13 De ratione, ob quam attendi debet proximitas gradus & non gravantis.
- 14 Vbi sit transitus ad diversum ordinem, seu gradum substitutionum, proximitas regulanda est à persona testatoris.
- 15 In successione fideicommissaria, non attenditur masculitas, vel duplicitas vinculi.
- 16 De individuitate inducta ex voluntate testatoris, quam potius in defecta portione intrat jus accedendi, vel non decrescendi ad favorem omnium portionum.
- 17 Vbi testator mandavit semper succedi debere subrogatus prerogativa quomodo intelligatur.
- 18 De ditione semper, quomodo intelligenda sit.

DISC. XVII.

MUTINEN. FIDEICOMMISSI DE RANGONIS

PRO

MARCHIONE JOANNE MARIA
RANGONO

CVM

MARCHIONE FORTUNATO
etiam RANGONO.*Casus disputatus in Consilio Mutina.*

De questione proximitatis in simplici fideicommissio inter transversales diversarum linearum, An scilicet remotior de una linea, in qua est primus, ex beneficio repræsentationis, vel subingressiois, seu illius vulgaris, quæ dici solet anomola, fiat æqualis gradu proximiori alterius lineæ; Et an differat quod omnes concurrentes sint de una vel respectivè de pluribus lineis ab initio constitutis.

S V M M A R I V M.

- 1 **F** Acti series.
- 2 De alia simili controversia super successione feudorum, ejusque decisione remissivè.
- 3 Quod attendi debeat sola proximitas gradus, illam regulando à persona gravati mortui.
- 4 De subingressione filii in locum patris, ut ita remotior fiat æqualis proximiori.
- 5 Contrarium verius firmatur, ut æqualis debeat esse successio proximioris, & remotioris.
- 6 De distinctione, an ab initio una tantum linea, vel plures constituta sint.
- 7 Vbi est una linea procedit conclusio de qua num. 3.
- 8 Vbi verò sunt plures attendi debeat conclusio, de qua n. 5.
- 9 De auctoritatibus probantibus hanc distinctionem.
- 10 De pluribus rationibus idem comprobantibus, ut pluribus lineis ab initio constitutis omnium linearum sit æqualis successio, non curata inæqualitate graduum.
- 11 Attenditur ea proximitas, quæ pendet à latere testatoris, non ab alio latere extraneo.
- 12 Etiam data facultate gratificandi, & disponendi, omnes lineæ honorandæ sunt.

FULVIUS de Rangonis de anno 1571. instituit hæredibus Claudio, Thadæo, Joanne, & Alphonso quatuor ejus filii masculis, perpetuum decessivum ac reciprocum fideicommissum ordinatè inter filios & descendentes cujuslibet, Uno tamen eorum, vel ejus filii & descendentes defunctibus, substituit superstitis, eorumque filios & descendentes masculos, adjecta ratione, ut comatibna in universa ejus descendencia masculina per fideicommissum reale conservari debeant, & deinceps cum ordine ad rem non faciente, in linea feminina vocando demum in omnium defectum quemlibet locum pium; Cumque esset possessor duorum Castrorum, mandavit unius jurisdictionem ac administrationem esse debere apud seniores de linea colonello primogeniti, & alterius apud seniores de linea seu colonello secundogeniti, & sic successivè, Ac demum in fine, cum fideliter tradidisset latino in Italicum sermonem, formula tradidit Marzarium in ejus Episcopi omne fideicommissorum pariter, & ut tollatur occasio litium sol. 11., mandavit deinceps successiosem semper intelligi debere servatam prout duum prerogativa, dummodo filius substitutus cum patris respectu ascendens & patris, ac in paritate gradus in stirpes & non in capita, quod semper intelligi debeat de proximitate gravati modo morientis non autem ipsius testatoris.

Defuncto Claudio sine prole, dictæque hæredes proinde divisa in tres portiones inter tres alios superstitis, defuncti nuper linea Jacobini per mortuum Alphonsum ejus filii sine prole, unde propter defectum defecta portione, tam Castrorum & feudorum antiquorum hujus domus, quam etiam in illa hujusmodi redditus, orta est controversia inter Fortunatum unum Thadæi, & Joannem Mariam pronepotem Joannis ex Fulvio filio, & Claudio nepote respectivè introducta causa in Consilio Mutina, disputata quæ fuit successio feudorum, in qua obtinuit Joanne Maria remotior æqualem successiosem cum Fortunato proximior, juxta ea quæ habentur in Mutinen. feudorū de Rangonis sub tit. de feudis dist. 8., præsens autem causa quod scia adhuc pendet in Consilio.

In utraq; verò scribens pro Joanne Maria, arguitur consulens pro veritate, observabam primo aspectu respondendum videri pro Fortunato proximior, & proximante Alphonso defuncto quarto gradu, & Alphonso defuncto primo gradu, distante quod testator omnes quædam defunctis super cadentes, atque inter antiquiores nimium controversas, ita derimere voluit, ita circa repræsentationem intrantem in infinitum attentam proximitate sed persona testatoris, quam circa subingressiosem in portione corruptum jure vulgaris in fideicommissum